Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



mea ad se / vt ambulemus in
omnibus viis eius / et custodiant
mandata eius / et cerimonias
et iudicia quecumque mandauit
patribus nostris / et sint sermones
mei isti quibus deprecatus sum
coram Domino / appropinquetur Domino
deo nostro / die ac nocte / vt fa
ciat iudicium seruo suo / et populo
suo israel per singulos dies / et
scient omnes populi terre / quia Dominus
ipse est Deus / et non est vltra
absque / Sit quoque cor nostrum
perfectum coram Deo Domino nostro /
vt ambulemus in mandatis eius
et custodiamus mandata eius sicut
et hodie / Igitur rex et omnis
israel cum eo immolabant victimas
coram Domino / mactauitque salomon
hostias pacificas quas immolauit
Domino / boum xx duo milia / ouium
centum xx milia / et dedicauerunt
templum Dei / rex et filii
israel / In die illa sanctificauit rex
medium atrium quod erat ante
domum Dei / fecit quippe ibi
holocaustum et sacrificium et
adipes pacificorum / quia altare
eneum quod erat coram Domino
minus erat / et capere non poterat
holocaustum et sacrificium et adi
pes pacificorum / fecit ergo sa
lomon tunc illo festiuitatem ce
lebres et omnis israel cum eo multi
tudo magna ab introitu emath
vsque ad torrem egypti coram Domino
deo nostro vii diebus et vii die
bus / idest xiiii diebus / et die
octauo dimisit populum / Qui
benedicentes ei profecti sunt in ta
bernacula sua / letantes et a
lacri corde super omnibus bonis
quae fecerat Dominus Dauid seruo
suo / et israel populo suo

Capitulum nonum

Factum est autem cum perfe
cisset salomon edifi
cium domus Dei / et
edificium regis / et omne quod
optauerat et voluerat facere / ap
paruit ei Dominus secundo sicut apparue
rat ei in gabaon / dixitque ad
eum / Audiui orationem tuam et de
precationem tuam qua deprecatus es
coram me / Sanctificauit domum hanc
quam edificasti / vt ponerem no
men meum ibi in sempiternum /
et erunt oculi mei / et cor
meum ibi cunctis diebus / Tu quoque
si ambulaueris coram me / sicut
ambulauit pater tuus in simpli
citate cordis et equitate /
et feceris omnia quae precepi
tibi / et legitima mea et
iudicia mea seruauerit / Po
nam thronum regni tui super
israel in sempiternum / sicut locutus
sum Dauid patri tuo dicens / Non
auferetur de genere tuo vir
de solio israel / Si autem auertentes
auertamini uos et filii
vestri / non sequentes me / ne
que custodientes mandata mea
et cerimonias quas proposui vo
bis sed abieritis / et colueritis deos
alienos / et adoraueritis eos /
auferam israel de superficie terre
quam dedi eis / et templum quod
sanctificauit nomini meo / proiciam a con
spectu meo / erituque israel in pro
uerbium et fabulam cunctis populis /
et domus hanc erit in exemplum /
Omnis qui transierit per eam stu
pebit et sibilabit et dicet /
Cur quid fecit Dominus sic terre huic
et huic domui / Et respondebit / Quia dereliquerunt
Dominum deum suum / qui eduxit patres eorum de terra egypti